Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26220
Copyright: Admont, Benediktinerstift



99

corpus se testabatur habere quando ad
discipulos suos dicebat. Videte manus meas
et pedes quia ego sum. Palpate et uidete quia
spiritus carnem et ossa non habet sicut me uidetis habere.
Et cum hoc dixisset ostendit eis. m. 7. p. Et
per hoc cum obtulisset ei admanducan
dum partem piscis assi et fauum mellis
manducauit coram illis. Diam quoque se habere
ostendit in eo quod immanente passione
sua dicebat. Tristis est anima mea usque ad mortem.
Simulque et in eo quod dicebat. Potestatem ha
beo ponendi animam meam et iterum sumendi
eam. Quid igitur dubitas infelix karitate tua
humanitatem eum habuisse quem ex uibis ipsis
intelligere potes uerum corpus humanum
et animam habuisse. Si dubitas ex deuigi
nis uero corpus assumpsisse curre miser ad
euangelium Luce inquit legunt uiba angeli
ad Maria loquentis hoc modo. Ecce
concipies in utero et paries filium et cetera